

fuit à Potentissimo Domino Rege Philippo quarto, circa annum 1631. & supplicatio suspendit executionem Bullæ, dum alia iussio, ac dispositio non supervenit, ut docet sapientissimus Soza super Constit. Clemens V I I I. de largit. munerum § 109. & 112. Gonzales de leg. Polit. lib. 2. cap. 3. num. 31. Castrus Palaus tom. 1. tract. 17. disp. 3. punct. 17. num. 8. Morla in emporio juris, part. 1. tit. 2. quæst. 14. num. 8. Cenedus in quæstionib. Canonic. quæst. 45. num. 36. Hurtadas tom. 2. tract. 12. cap. 1. resol. 29. num. 18.

14

Quamquam tertia, & quarta solutio proximè data suam habeant probabilitatem, tamen secunda sententia est verior, & maximè secunda in conscientia, quæ affirmat Religiosos per Bullam cruciatam pro suo arbitrio non posse eligere confessorem, qui eos à reservatis absolvat, & maximè nititur hæc sententia in decretis Clementis V I I I. & Urbani VIII. Et ratio est, quia in generali concessione non veniunt particularia, quæ in specie verisimiliter quis non esset concessurus, ut patet de regulis juris in 6. cap. 2. de pœnitent. & remissione in 6. ergo in generali concessione Bullæ cruciatæ non venit hæc facultas, ut Religiosi prohibito absolvantur à reservatis. Probatur consequentia, quia summi Pontifices interrogati, ac consulti de hac re ita declararunt ac expresserunt, Religiosos non posse absolvi à reservatis per bullam cruciatam. Ut Julius II. Leo X. Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. Clemens VIII. Gregorius XIII. Clemens VII. Gregorius XV. Paulus V. Urbanus VIII. Ut referunt Rodriguez tom. 2. quæstionum regul. quæst. 62. art. 4. Henriquez lib. 6. cap. 16. in Glossa lit. P. Cardinalis Lugo de pœnitent. disp. 20. sect. 9. num. 159. 160 & sequentibus, & declaratio, ac expressio mentis tot summorum Pontificum facit efficax argumentum, quòd talis sit intentio subsequentiæ Solent enim Pontifices maximè conformari cum intentione suorum prædecessorum. Confirmatur, quia Gregorius XIII. in sua Bulla non solum de se, sed etiam de suis successoribus loquitur dicens. Nec esse, nec fore unquam mentis nostræ, aut sedis Apostolicæ. Illud verbum sedis Apostolicæ facit quòd Decretum non expiret morte pontificis, ut ex communi Doctorum sententia tenet Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 23. num. 49.

Soza. Gonzales Palaus. Morla. Cenedus. Hurtadas.

Rodrig. Henrig. Lugo.

Sanchez.

15. Martin. S. Joseph.

Glossa. Bartolus. Gomez.

16

Et confirmatur, quia Clemens VIII. & Urbanus VIII. in suis Decretis inquirunt: Perpetuo declaramus: & paulus V. Prædictas litte.

ras, Apostolica auctoritate, presentium tenore, perpetuo confirmamus; & Gregorius XV. ait Hac nostra perpetua vultura constitutione sancimus. Quæ verba perpetua declaratione, indicant omne tempus subsequens, dum oppositum non exprimitur, maximè cum illud sit in præiudicium tertii, auctoritatis nempe prælatorum Regularium, ut exprimit Gregorius XV. in suo Decreto. Cum ratio doceat, & experimento compertum sit Religionibus valde perniciosum existere, ut eorum Religiosis licitum sit confessarium sibi eligere.

QUÆSTIO II.

An Regulares saltem virtute Bullæ Cruciatæ possint absolvi à mortalibus non reservatis, per confessores à suis Prælati non designatos?

SUMMARIUM.

- 17 Prima sententia, & affirmativa.
18 Fundamentum huius sententiæ.
19 Sententia negativa, & verior.
20 Ex decretis Pontificum confirmatur, ac corroboratur, n. 21. & 22.

Affirmativam sententiam tenent Gallegus in Bullam Cruciatam cap. 12. dub. 172. & Martinus de S. Joseph. in regulam S. Francisci cap. 16. num. 23. Quintanadvenas tom. 1. de Sacram. tract. 3. singulari. 18. num. 19. ex Societate Andreas Mendo in Bullam Cruciat. disp. 24. cap. 18. & in Appendice contra Bardm. disp. 1. cap. 10. Hurtadas tom. 2. tract. 9. cap. 6. num. 78. Diana. part. 11. tract. 6. Resolut. 34. Qui omnes constantiter tenent quòd possunt Mendicantes virtute Bullæ Cruciatæ in suis prælati eligere confessorem, qui eos absolvat à peccatis mortalibus non reservatis.

17.

Gallegus.

Martinus.

Quintanad.

Mendo.

Hurtad.

Diana.

18

Fundamentum est, quòd Clemens VIII. quantum ad usum Bullæ Cruciatæ declarat: Sui intentionis fuisse, & ad iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, dispositioni suorum Prælatorum subiecti essent. Quod decretum Clementis VIII. innovavit paulus V. loquens de Religiosis sive non Mendicantibus, quoad usum Cruciatæ dicens: Locum minimè habuisse, neque habere, nec illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse; & quòd iidem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, seu confessionis administrationem, ordinaria dispositio ni suorum Prælatorum, & sedis Apostolicæ, quoad sibi reservata subiecti sint. Quod etiam declaravit, ac determinavit Urbanus VIII. Ut superiori quæst. retuli, ex quibus constat, quòd solum summi pontifices excipiunt casus reservatos quoad sibi reservata subiecti sint: & casus exceptos firmat regulam in contrarium l. Nam quòd liquido ff. de pen. ligat. cap. Dominus 32. quæst. 7. ergo cum excipiantur casus reservati, alii concessi intelliguntur; nam concessum habetur, quod expressè prohibitum non reperitur l. Nec non §. quod ejus ff. ex quibus causis. Contrariam

Clem. VIII.

Paul. V.

Urb. VIII.

QUÆSTIO III.

An licitum sit in Ecclesia specialiter interdicta per Bullam Cruciatam mortuum sepelire?

SUMMARIUM.

- 23 In Interdicto generali per Cruciatam licita est sepultura Ecclesiastica.
24 Magna differentia inter Bullam Cruciatam Castellæ, ac Portugaliæ.
25 In interdicto speciali per Bullam Castellæ non potest dari sepultura Ecclesiastica, & num. 26.
27 Trullench tenet quod per Bullam Castellæ potest dari sepultura in interdicto speciali.
28 Per Bullam Cruciatam dari potest sepultura Ecclesiastica in interdicto speciali; & numer. 29.
30 Privilegium Cruciatæ latè explicandum.

Convenient Doctores absque ulla differentia, quòd per Bullam Cruciatam licitum, sit dare sepulturam Ecclesiasticam tempore interdicti Generalis; hoc disertis verbis concedit ipsa Bulla. Tota verò dubitatio est an in interdicto speciali in Ecclesia tali interdicto detenta, hoc fieri possit, sed olim fuit magna controversia in hoc nostro Regno Lusitanicæ.

23.

Pro quo notandum est, valde diversam esse formam, indèque multam differentiam inter Bullam Cruciatam pro regnis Castellæ, & Portugaliæ, ut statim adnotabo; & inde Auctores commentantes Bullam pro regnis Castellæ, negativam tenent sententiam, ut Henriquez lib. 7. cap. 13. num. 3. Rodriguez in Cruciatam § 5. num. 4. & in Additionibus ad §. 5. numer. 2. Avila de censuris, p. 5. disp. 4. sect. 3. dub. 7 §. Et notandum. Villalobos tom. 1. tractatu 27. in Cruciatam, clausula 4. numer. 14.

24.

Fundamentum horum Auctorum. Quædam clausula Bullæ Regnorum Castellæ, quæ ita habet: Item conceditur, quod in Ecclesiis, in quibus aliàs divina Officia, interdicto durante, quomodolibet celebrare permittum fuerit, Missam audire, vel celebrare, &c. Et subdit: Item mortuorum corpora, cum moderata funerali pompa sepeliri. Sed secundum jus, ut patet ex cap. Alma mater, solum permittum est celebrare in interdicto generali cum suis moderationibus; nam in interdicto speciali non licet celebrare; nisi tantum semel in hebdomada ad renovandam Sacram Eucharistiam; ergo per illam clausulam, in Ecclesiis, in quibus aliàs, &c. Magno fundamento prædicti Doctores tenent, quod attenda tali clausula per Bullam tempore interdicti specialis, nec potest celebrari, nec sepultura Ecclesiastica concedi; sed tantum in interdicto generali ad quod ordinatur prædicta Bullæ clausula.

Henrig.

Rodrig.

Avila

Villalobos.

15.

Clausula Bullæ.

26.

Doctor Trullench. citato §. 3. Bullæ, dub. 10. num. 5.

Trullench.

19. Bardi.

Lugo. Clem. VIII.

Lugo. Diana.

20. Clem. VIII. Greg. XV. Urban. VIII.

21. Clem. VIII.

22.

Contrariam sententiam tenent Franciscus Bardi Præfectus in Collegio Panormitano Societatis JESU in Bullam Cruciatam part. 2. tract. 2. cap. 4. sect. 2. num. 12. Cardinalis Lugo de pœnitentiæ, disp. 20. sectione 9. num. 195. & sequentibus Probatur, quia Clemens VIII. in sua Constitutione ait: Sui intentionis fuisse quòd iidem Fratres, à Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subiecti essent: in quibus verbis non posuit sibi reservata, sed hoc addidit ut notant Cardinalis Lugo citatus numer. 198. & ipse Diana quarta part. tract. 4. resolut. 43. §. Verum ego Urbanus VIII. in sua constitutione, ut retuli superiori quæst. num. 7. confirmans, & innovans totam Clementis VIII. in sua Constitutione ait: Præfata Clementis prædecessoris declarationi inherentes, illamque presentium tenore innovantes, ac quatenus opus sit ampliantes. Ergo cum Clemens VIII. absolute subiecerit Regulares quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ dispositioni Prælatorum, sic etiam & Urbanus. Quia decretum innovans, intelligendum, ac explicandum est secundum tenorem decreti innovati l. in Testam. ff. de condit. & demonstrat.

Et confirmatur, quia Clemens VIII. Gregorius XV. Urbanus VIII. pro ratione suorum decretorum præmittunt: Sanè cum ratio doceat, & experientia compertum sit Religionibus valde perniciosum existere, ut earum Religiosis licitum sit confessarium sibi eligere. Non dixerunt reservata; sed absolute, Confessarium sibi eligere. Ergo totam illam facultatem, ut valde perniciosam eligendi Confessarium voluerunt auferre, ac abolerè.

Dices: Clemens VIII. in exordio sui decreti loquitur de casibus reservatis. Dicens. Confessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à casibus reservatis. Ergo tota constitutio solum de casibus reservatis procedit. Sed contra, quia postea ipse Pontifex magis explicat mentem suam, Ut quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum, subiecti sint. Et rationem apponit, quia valde perniciosum est, ut sibi eligant Confessorem; quæ ratio militat in omnibus partibus Decreti, ubiqueque habet locum ratio legis, habet etiam & lex ipsa, l. Cod. de interdicto, & hoc etiam si verba legis contradicant. Scire oportet, §. Aliud in verbo, ff. de excusatione tutor. Text. in l. 3. ff. de lib. præteritis.

Confirmatur, quia Urbanus VIII. ut vidimus, ait se innovare, ac ampliare Decretum Clementis VIII. quo universaliter subiecerat Religiosos suis Prælati, quoad Sacramentum Pœnitentiæ: ergo non voluit illam subiectionem limitare, sed potius extendere, & ampliare ad omnia peccata mortalia, non solum reservata, sed etiam non reservata.

num. 5. tenet, quod adhuc attenda Bulla Regnorum Castellae dari posset sepultura Ecclesiastica in interdicto speciali: nam illa clausula, In Ecclesiis, in quibus alias, &c. non est posita immediate cum sepultura, sed tantum cum celebratione divinorum Officiorum, & ideo ad divina Officia est referenda, & non ad sepulturam. Ita censent graves Recentiores, ut testatur ipse Trullench.

27.

Dico tamen, quod per nostram Bullam Cruciatam Regni Portugalliae licitum esset celebrare, & dare Ecclesiasticam sepulturam in interdicto speciali, & ita senserunt gravissimi Theologi, me etiam assistente, consulti ab Illustrissimo Domino Commissario Generali Cruciatæ, & est etiam de mente Doctorum, quos supra citavi: nam illi maxime innituntur in illa clausula bullæ, In Ecclesiis in quibus alias divina Officia; quæ clausula respicit interdictum generale: ergo exclusâ hac clausula, ac eorum fundamento, bene infertur esse de eorum mente celebrare, ac dare Ecclesiasticam sepulturam, stante interdicto speciali. Unde Trullench bitatus in Bulla regnorum Castellae in interdicto speciali admittit sepulturam Ecclesiasticam, ex eo quod illa clausula non sit immediate affixa sepulturæ, sed divinis Officiis.

Trullench.

28. Acoſta.

Probatur ergo conclusio, Bulla Regni Portugalliae tam Latina, quam refert Acoſta ad initium sui Tractatus, quam quæ lingua vulgari circumfertur, in interdicto tam ad celebrandum, quam ad sepulturam Ecclesiasticam nulla in ea est clausula restrictiva, sed quadam dispositio generalis, & absoluta, ergo absolute, & simpliciter est intelligenda ex vulgari principio: ubi lex non distinguit, &c. Et ita Acoſta explicans nostram Lusitanicæ Bullam, apponens varias interdicti divisiones quæst. 27. absolute loquitur de privilegio Bullæ absque ulla distinctione inter interdictum generale, ac speciale.

29.

Nec potest dici, quod nomine interdicti solum intelligendum venit interdictum generale: nam hoc est aperte falsum cap. Quoniam, de sententia excommunicationis, cap. Alma mater eodem titulo, cap. Quod in se, de penitentibus, & remissionibus, cap. Responso, de sententia excommunicationis, & notat ibi Panormitan. num. 3. Paludan. in 4. dist. 18. quæst. 8. art. 4. in principio. Sylvester verb. Interdict. 6. num. 9. quæst. 7. Anglicana verb. Interdict. 6. num. 28. Covar. cap. Alma mater, part. 2. §. 2. num. 7. Navar. in manuali, cap. 27. num. 178. Sayro lib. 5. cap. 7. n. 5.

Paludan. Sylvester.

Anglic. Covar. Navar. Sayro.

30.

Confirmatur nostra resolutio. Nam privilegium Cruciatæ valde late explicandum, ac intelligendum, ut docent Henriquez lib. 7. cap. 30. Suarez tom. 2. de Religione, tractatu de voto, lib. 6. cap. 16. num. 3. Nugnus quæst. 27. art. 4. diff. 3. Salas de legibus, diff. 20. sect. 3. num. 19. Bonacina de privileg. punct. 7. §. 1. num. 17. Sanchez in opere Moralibus, cap. 54. num. 7. Qui hanc opinionem probabilem iudicat contra id, quod dixerat lib. 8. de matrim. diff. 2. n. 7. Nam omnes ferè rationes, ob quas amplianda sit privilegia in elligentia, militant in præfenti Cruciatæ, quæ est privilegium Summi Principis ad Regum instantiam con-

Henriq. Sanchez. Nugnus. Salas.

Bonacina. Sanchez.

cessum, datum pro tota communitate Regni, & pro causa universali, ac bono communi, in magnam Ecclesiæ utilitatem.



RESOLUTIO XXI.

Canonizatio Sanctorum.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid sit Canonizatio Sanctorum, quantæque illius certitudo, & ad quem spectat?

SUMMARIUM

- 1 Quid sit canonizatio, ejusque forma.
2 Aliqui dicunt non esse de fide Pontificem non posse errare in canonizatione Sanctorum.
3 Probabilior, & verior sententia est Pontificem non posse errare.
4 Probatur ratione, ac verbis multorum Pontificum.
5 Confirmatur efficaci ratione, ac convenienti.

CANONIZATIO Sanctorum, est certum, ultimūque Ecclesiæ iudicium, & sententia diffinitiva sanctitatis, & gloriæ alicujus Sancti à Summo Pontifice lata, & universali Ecclesiæ intimata, ac proposita, qua canonizatus cultu publico exponitur venerandus; in eaque procedit Pontifex post multas Congregationes, probationes, ac alta, & profunda examina per formam diffinitivam dicens: Divina ope sæpius implorata, ac de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in urbe existentium consilio. Beatam Mariam Magdalenam de Pazzi Virginem Sanctam esse decernimus, deservimus, ac determinamus, & Sanctarum Catalogo ascribimus statuentes ab universali Ecclesia quolibet anno die 25. Maij pia devotione recolere debere. Ex quo patet quanta sit differentia inter beatificationem, & canonizationem, ut supra dixi. Refo. 16. q. 2.

1.

Forma canonizationis

2.

Qua verò certitudine tenendum sit Pontificem non posse errare in canonizatione Sanctorum, dubitatur. Sunt Doctores, ut Joannes à D. Thoma 2. 2. diff. 9. artic. 2. fol. 767. Granadus 2. 2. controvers. 1. tract. 7. disput. 3. sect. 3. num. 24. qui asserunt non esse de fide, sed tantum impium, & scandalosum, atque quodammodo sapere hæresim negare esse beatam animam Sancti canonizati. Ita etiam docent Malderus dub. 9. Proposit. 4. Suarez de fide, sect. ultima, num. 8. Fundamentum est, quia Papa in canonizatione Sanctorum fundatur in humano testimonio, humanisque probationibus.

Tamen mihi magis placet opposita sententia aliorum asserentium esse de fide Pontificem non posse errare in canonizatione Sanctorum.

3.

Ita

QUÆSTIO II.

Ad quem in præfenti spectat canonizatio Sanctorum?

SUMMARIUM.

- 6 Episcopi canonizabant olim canonizatione particulari.
7 Canonizare, sicut & beatificare hodie spectat ad Sedem Apostolicam.
8 Nullo modo hodie pertinet ad Episcopos.
9 Imò nec ad legatum à latere. Papa non potest delegare potestatem definiendi. Ibid.
10 Concilium Generale, non per se solum, sed auctoritate Papa potest definire res fidei, & canonizare.

4.

Probatur, quia in Canonizatione proponitur canonizatus universali Ecclesiæ, ut colatur, ac veneretur ut Sanctus regnans cum Christo. Atqui in his, quæ pertinent ad universalem gubernationem totius Ecclesiæ non potest Pontifex errare. Probatur minor, quia in magnum damnum cederet totius Ecclesiæ, quod aliquis non iustus coleretur ut Sanctus. In his autem, quæ spectant ad universalem concursum totius Ecclesiæ adest Spiritus sanctus, juxta illud Pauli 2. Corinth. 3. num. 16. Spiritus Dei habitat in vobis. Et quamvis Summus Pontifex in hoc negotio requirat humana testimonia, hoc est tanquam manu ductio, tamen principaliter nititur lumine, ac inspiratione divini Spiritus ejus mentem dirigentis. Sic ait Celestinus III. in canonizatione sancti Ubaldi, loquens cum eo, qui pro canonizando sancto Ubaldo agebat, & ait: Suspendimus desiderium tuum aliquandiu, ut nobis, & fratribus nostris, quid nobis agendum esset, Spiritus sancti gratia revelaret. Et Clemens VII. in canonizatione sancti Antonii, Bullam edens nomine Prædecessoris Adriani Sexti, ait: Considerans idem Adrianus, quod in eadem canonizatione non permisurus esset Deus eum errare, &c. Honorius III. in canonizando S. Laurentio Archiepiscopo Dublinensi ait: Divinum secuti iudicium, per quod ejus glorificationi argumentis tam evidentibus innovuit.

1. Cor. 3.

Celest III.

Clem. VII.

5.

Confirmatur. Quia de fide est Pontificem non posse errare in legibus universalibus spectantibus ad totam Ecclesiam, non enim potest statuere aliquid contrarium legi divine, & naturali: sed si errare posset in canonizatione Sanctorum, statueret aliquid contra legem divinam, & naturalem; ergo non potest errare in canonizatione Sanctorum. Major patet, quia Pontifex non potest errare in pascendis suis ovibus, sed oves non solum pascuntur doctrina fidei, sed etiam statutis ad mores pertinentibus. Minor probatur. Quia Pontifex canonizans Sanctum obligat omnes fideles assentiri illum esse in caelis, & cum Christo regnare, & ut amicum Dei venerari, si autem in hoc error adesset, jam obligaret fides falsitati assentiri, & cultum præbere veneratione indigno; hoc autem fieri non potest; ad hoc enim promisit Christus suæ Ecclesiæ Spiritum veritatis, dicens, Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Joan. 16. Ex quibus colligitur canonizatum esse Sanctum.

Joan. 16.

6.

Antiquitas canonizare Dei servos, saltem canonizatione particulari, pro una Provincia, vel Regno ad Episcopos pertinebat, ut ex nostro Vvaldensi tom. 3. de Sacram. Vvalden. mento, tit. 14. cap. 122. eliciunt Bellarm. Bellarm. nus tom. 2. lib. 1. de Beatitudine, ac canonizatione Sanctorum, cap. 8. Layman. lib. 4. tract. 7. Layman. cap. 5. num. 1. Baldellus tom. 2. lib. 3. cap. 12. Baldellus. num. 2. & alii, qui & maxime id colligunt ex eo quod D. Cyprianus Episcopus Carthaginiensis, lib. 3. cap. 6. præcipit ut sibi scriberetur, si quis Martyr denuò occumbat, ut ejus memoria celebraretur.

D. Cyprian.

7.

At verò hodie canonizare Dei servos, sicut & beatificare ad Sedem Apostolicam spectat, ut decisum habetur ex Alexandro III. cap. Alex. III. Audivimus, & ex Innocentio III. cap. Innoc. III. eo de reliquiis, & venerat. Sancti, ut ibi late explicant Innocentius, Hostiensis, Joannes Andreas, & multi alii Canonistæ, ac Summistæ, verbo Canonizatio. Et alii Doctores communiter; & id aperte supponit Urbanus VIII. in Bulla, seu Brevi Cælesti Hierusalem, ann. 1634.

Hostiens. Joan. Andr.

Urbanus.

8.

Ex quo jam patet, quod in præfenti ad Episcopos id nullo modo jam spectat, ut late probant Jacobus Castellanus de canonizat. Castellani. Sanct. q. 3. art. 1. Felix Contelorus num. 17. Contelorus. Maievit. Troilus Malevitus de canonizat. Sancti. dub. 2. August. num. 1. & seq. August. Triumphus de potest. Maicard. Eccles. q. 14. num. 2. Maicard. de probationibus, conclus. 262. num. 56. Luis. Turrian. in 2. 2. disp. 17. dub. 2. vers. Item dicendum.

Castellani. Contelorus. August. Maicard.

9.

Imò nec ad legatum de latere, ut probat Castellanus, dicta q. 3. art. 2. n. 3. Et quod majus est, nec etiam ex commissione Pontificis, ut tenent Alphonsus à Castro de justa Hæreticorum punition. lib. 1. c. 6. col. 4. vers. Rursus. Contelorus in Additionibus, ad Jacobum Castellanum, d. q. 3. art. 2. num. 4. ex eo probat, quia Papa non potest delegare potestatem definiendi res fidei alteri, ut tenent Banez 2. 2. q. 1. art. 10. dub. 4. §. Quapropter. Barbosa ad citatum cap. Audivimus. n. 7. Lezana consult. n. 5. Et ex eo probat Banez, quia definit res fidei pertinet ad gratias gratis datas, ad donum nempe scientiæ, hæ autem resident in solo Summo Pontifice.

Castellani.

Alphons. Con. elor.

Banez. Barbosa. Lezana.